UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marianische Mutterschafft Das ist/ Heylsame Reglen und Satzungen für die jenigen/ welche die glorwürdigste Himmels-Königin für ihr Mutter zu erwöhlen/ zu verehren/ und zu lieben begehren

Dillingen, 1693

Benedictio Imaginis A Marianæ Maternitatis Sodalibus Portari Solitæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37957

Visual Library

BENEDICTIO IMAGINIS A MARIANÆ MATERNITATIS SODALIBUS PORTARI SOLITÆ.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Elegit eam DEUS, & præelegit eam.
℟. In tabernaculo ſuo habitare fecit eam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et Clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui B. Vir-

Virgini MARIÆ, gratiam conferre dignatus es, ut unigeniti Filij tui Mater effici mereretur; quíque eandem nobis, per Filium tuum in Cruce morientem, in Matrem tradidiſti, te ſupplices exoramus, ut omnes, qui eam filiali amore conſtanter dilexerint, illius Maternæ pietatis viſcera experiri, & ad vitam æternam, ejus interceſſione perduci mereantur. Per Chriſtum Do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dominum noſtrum. A-
men.

℣. Ora pro nobis S. DEI Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſio-
nibus Chriſti.

Oremus.

FAmulis tuis, quæſumus Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire, ut quibus B. Virginis Maternitas extitit ſalutis exordium, ejuſdem pia conſtánsque veneratio amoris tribuat incrementum. Per Chriſtum Domi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minum noſtrum. A-
men.

Confer Benigniſſime DEUS, per admirabilem Maternitatem Genitricis Unigeniti Filij tui Domini noſtri JESU Chriſti, Imagini huic virtutem & benedictionem tuam, ut quicunque eam devotè portaverint, eandem Sanctiſſimam Matrem Filiali affectu colere, amare, ac invocare ſtudeant, & ab eadem viciſſim Materno amo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amore foveri , protegi , atque æternæ beatitudinis hæredes effici mereantur. In nomine ✠ Patris, ✠ Filij, ✠ & Spiritûs Sancti. Amen.

Poſtea aſpergat imaginem aquâ benedictâ, & eandem reverenter exoſculans dicat:

Nos cum prole pia benedicat Virgo MARIA.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN